Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

exinanivit formam
servi accipiens; in simi-
litudinem hominum
factus. et habitu inven-
tus ut homo. Humili-
avit semetipsum factus
obediens usque ad mortem
mortem autem crucis
Propter quod et deus illum ex
altavit et donavit illi
nomen quod est super omne
nomen. ut in nomine
ihesu omne genu flecta-
tur celestium terrestrium
et infernorum. Omnis
lingua confitea[tur] quia
dominus ihesus christus in gloria est
dei patris. Gr. Tenuisti
manum dexteram meam et
voluntate tua deduxisti
me. et cum gloria suscepisti me
v. Quam bonus israel deus
rectis corde mei autem pene
moti sunt pedes pene effusi
sunt gressus mei quia zelavi
in peccatoribus pacem peccatorum
videns. Tractus. Deus
deus meus respice in me quare
me dereliquisti. v. Longe
a salute mea verba delictorum
meorum. v. Deus meus
clamabo per diem nec exau-
dies et nocte et non ad insi-
pientiam mihi. v. Tu autem
in sancto habitas laus israel. v.
In te speraverunt patres nostri spe-
raverunt et liberasti eos. v.
Ad te clamaverunt et salvi fi-